



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 39. Ardicini de la Porta Cardinalis secessus in Monasterium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](#)

Præterea Nicasius de Voerden Mech- Sæcul. XV.  
linia oriundus fatis functus est die vigesi- A.C. 1492.  
ma quinta ejusdem mensis Augusti , hic  
quamvis tertio jam ætatis suæ anno ocu-  
lls captus esset , nihilominus severioribus  
disciplinis ingenium suum mire excoluit ,  
Coloniæ juris instituta publice docuit , &  
Lovanii Theologiæ Licentiatus gradum  
adeptus , ac Romano Pontifice indulgen-  
te Sacerdos ordinatus , ad populum di-  
xit , pænitentes criminibus exsolvit , &  
Missæ solemnia solo memoriaræ subsidio  
suffultus peregit , tandem etiam Coloniæ  
Doctoratus lauream emeritus , commen-  
tarium elucubravit in quatuor libros sen-  
tentiarum , præter varios sermones , plures-  
que quæstiones ; prescripsit etiam quasdam  
epistolas ad Trithemium , qui rari hujus  
exempli testem fide dignissimum egit .

§. XXXIX.

*Ardicini de la Porta Cardinalis re-  
cessus in Monasterium.*

Hoc anno Cardinalis Ardicinus de la  
Porta (dictus junior) Monasticum Vitiores &c.  
institutum amplexus est. Is erat Aleri-  
ensis Episcopus , nepos alterius Ardicini Ciacon Hist.  
pariter sub Martino V. Cardinalium nu-  
mero adscripti. Vix Doctoratus laurea  
decoratus erat , cum Florentini Archi-  
episcopi Vicarius generalis eligeretur ,

Pontif. &c.  
Card.

Li 4.

quo

Sæcul. XV. quo munere digne perfunctus, vigilantia  
 A.C. 1492. ac animi constantia plurimum eminuit;  
 quippe cum Paulus II. Papa Florentinos  
 Sedi Apostolicæ rebelles pronunciasset,  
 folus ipse spredo capitis periculo, ac se-  
 ditiosi populi minis interdictum impavi-  
 dus promulgabat. Adeo constanti ac  
 generoso facinore magnam sibi Romæ  
 famam conciliaverat; unde variis offi-  
 ciis præpositus, a summo Pontifice pri-  
 mum Novariensis in patria sua, postea  
 Aleriensis in Corsica Episcopus renun-  
 ciatus est, demum Sixti IV. benevolen-  
 tia Datariæ, ac libellis supplicibus in  
 Curia referendis præfectus, Legationes  
 admodum præclaras obivit: tandem vero  
 sub Innocentio VIII. Legatorum, quos  
*Aubery hist.* Principes miserant, negotia audiendi  
*Card. vol. 3.* munus accepit, quod tanta prudentia  
 geslit, ut idem Pontifex illum unacum  
 aliis septem, ut supra meminimus, sa-  
 cro Cardinalium cætui adscriperit mense  
 Martio anno salutis nostræ millesimo qua-  
 dringentesimo octogesimo nono.

*Ugel. Italia  
sacra.* Verum summa viri humilitas nil nisi  
 omnium harum dignitatum nauseam ei-  
 dem inspirabat; unde ardenti desiderio  
 in solitudine delitescere anhelabat, im-  
 pense rogans Innocentium Pontificem,  
 ut dimissa purpura ac beneficiis, sibi ad  
 Camaldulensium eremum secedere lice-  
 ret,

ret, ubi reliquos vitæ suæ dies in pœni-Sæcul. XV.  
tentiae studio transigere decreverat. Id A.C. 1492.  
ut exequi ipsi licitum foret, Ardicinus supplex Innocentii pedibus provolvebatur, a quo ægre admodum id, quod postulabat, tandem impetravit; unde hoc anno obtenta libere Romam excedendi copia, nonnisi unico stipatus famulo clam abiit, peregrina veste indutus, ne forte ab aliis dignosceretur: ast Cardinales brevi rem edocti, neo-electum Pontificem convenient, tantaque verborum vi confratrem suum revocari postulant, ut Papa illorum precibus se flecti sineret. Scripsit autem Ardicinus epistolam stylo ad permovendum sumnum Pontificem maxime apposito, supplicans, ut in sua solitudine permanere, ac cæptum vitæ monasticæ propositum exequi sibi liceret: ast surdas pulsabat aures; unde Romam reverti compulsus, perfectissimi Præfusilis exemplar factus, ibidem anno millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio sancto fine quievit.

## §. XL.

## Hieronymi Savonarolæ initia.

Ingenis sanctimoniae fama, quam sibi *In apolo.* *Hier. Savon.*  
Hieronymus Savonarola Ord. S. Do-*a Joan.*  
minici conciliaverat, hoc præcipue an-*Franc. Pici*  
no longe, lateque inclaruit. Hic anno *Mirand. ne-*  
*pote.*

I i 5

Domini